Ad Quodlibetariam

Quaestio medica disputanda in Scholis Medicorum, die Jovis 6a Novemb.

Praeside doctissimo viro D. Nicolao Baudesson doctore medico.

An optimè nutriantur corpora calida humida?

Calor operum naturalium causa, ab initio efformatum animal ex semine et sanguine, robur calidi humidi ad perfectam magnitudinem perducit. quia vero triplex substantia continentes caloris assidue vi dissipatur (unde nata moriendi necessitas) propterea altricis facultatis munus est, ne nihil substantiae pro deperdita resarciat, quod vel par est ei quod effluxit, vel eo uberius, vel parcius.

Hinc unumquodque alimenti genus cum plurimum à natura corporis distare videatur, per coquendi instrumenta (ut quibus lien, renes, utraque vesica) morari aliquandiu trahit, ut corpus demum per quod etiam agit, nutrire queat.

Nutritionis veluti ministras actiones, à quatuor facultatibus appositio, agglutinatio, assimilatio, quas postrema coquendi facultate perficitur aliquam quoniam alias veluti continendum, una prae caeteris potius nutritio appellari.

Quo fit ut nutritio non aliud sit, quam perfecta assimilatio, cuius causa est non solus calor, sed tota corporis alendi substantia.

In animalibus substantia temperate calida, humidior tamen, ad sanguinis generationem plurimum valet, cuius copia celerrime alimentum ad se trahunt corpora calida humida, retinent, immutant, et assimilant: ob contrarias vero causas corpora frigida sicca nec prompte alterant, nec alimentum recipiunt. Quocirca pueris (quorum ventres calidissimi sunt, et succulentus totius corporis habitus) plurimum offerendum, quod multum differtur, et ad augmentum insuper alimonia egeant, ad munusque nutritionis, ut et coctionis sint potentissimi.

Optimè igitur nutriuntur corpora calida humida.

Scribebat Guillelmus Robineau. 1650.